

N. C. DÜHRSEN

DE DIOGENIS LAERTII COD. N FALSO LAUDATO

aus: Zeitschrift für Papyrologie und Epigraphik 110 (1996) 63–64

© Dr. Rudolf Habelt GmbH, Bonn

DE DIOGENIS LAERTII COD. N FALSO LAUDATO

H. G. Huebner cum Diogenis Laertii *vitas clarorum philosophorum* ederet, cod. Monacensi gr. 159 s. xv (N) libros I, II, III integros, IV, V, X truncos continent i nisus est¹; sed vetustioribus mss. B a C. G. Cobet, P ab H. Diels atque M. Bonnet repertis² H. Usener et alii viri doctissimi N neglegendum esse censebant³. H. S. Long, qui opus Laertii novissimus edidit⁴, cod. Monacensem nihilominus saepius laudat. quaerens de cuiusdam Anonymi epistulis ad Laertii *vitas sapientium additis*⁵ ipse cod. N denuo inspexi. cum autem multas voces, quas H. S. Long in ms. illo esse affirmet, ibi non viderim, obstupefactus delibero, utrum ille grammaticus cod. Monacensis schedam male phototypice expressam obtinuerit⁶ an potius sigla codicum interdum⁷ confuderit.

Scribit enim Long

Attamen habet N

I 43	εἰ πλώσαντες μὲν	πλώσαντες μὲν
I 54	κατὰ τὸ ἐμὸν	κατὰ ἐμὸν
I 93	πάντῃ	παντὶ
I 100	ἢ ἔγὼν	ἢ ἔγω [sic]
I 100	ἕταρων (in app.)	ἕτερων [sic] superscr. αι
I 122	καταλελάβηκε δεδεγμένον	καταλελαβήκεε δεδ.
II 4	ἐώθει	ἔωθεν

aliis quoque locis H. S. Long et cod. N inter se plane differunt, e. g.

¹ *Diogenes Laertius de vitis . . .* ed. H.G. Huebnerus, ii vol., Lipsiae 1828, 1831. de cod. N disseruerunt L. Spengel (apud Hueb., vol. ii, p. 813); H. Usener, *Epicurea*, Lipsiae 1887, praef. pp. xiii sq.; E. Martini, *Analecta Laertiana*, Leipziger Studien 19, 1899, p. 98.

² Cf. A. Biedl, *Das große Excerpt Φ*. Città del Vaticano 1955 (Studi e testi 184. Zur Textgeschichte des Diogenes Laertios), pp. 7-12.

³ Usener, *Epicurea*, praef. p. xiv caute „fortasse non plane abiciendus est“ dicit. ii autem qui Diogenis Laertii vitam Platonis ediderunt (H. Breitenbach et. al., Basileae 1907), N non secus silentio praetereunt atque e.g. A. Gericke, *Die Überlieferung des Diogenes Laertios*, Hermes 37, 1902, pp. 401–434, imprimis 407–413.

⁴ ii vol., Oxonii 1964. Cf. iudicia doctorum, e.g. E. Mensching, Archiv für Geschichte der Philosophie 47, 1965, pp. 313–318; O. Gigon, Deutsche Literaturzeitung 86, 1965, pp. 101–105; M. Gigante, Gnomon 45, 1973, pp. 546–550; J. Mejer, ANRW 36.5, 1992, p. 3558.

⁵ Cf. N. C. Dührsen, *Die Briefe der Sieben Weisen bei Diogenes Laertios*, apud N. Holzberg (ed.), *Der griechische Briefroman. Gattungstypologie und Textanalyse*, Tübingen 1994 (Classica Monacensia 8), pp. 84-115.

⁶ Cf. Long, praef. p. ix.

⁷ Long verba cod. Monacensis recte reddit e.g. I 79. 89 (bis). 99 (bis), 119; II 33 (cf. Gigon, p. 105); IV 6. 20; V 32.

I 56 ⁸	ἐκλιπόντες	ἐκλείποντες
I 85 ⁹	πέτρη	πέτρα
I 90 ¹⁰	στάλας	στήλας
I 90	Μίδα	Μίδαν
I 102	προσήκειν	προσήκει
II 43	ἔζημιώσαν	έτιμησαν
II 113	Θεωρητικὸν (in app.)	Θεωρηματικὸν
III 14 ¹¹	ἐστ'	εἰ τὴν
IV 1	νιὸς δὲ τῆς	νιὸς τῆς
IV 17	[καὶ] om. n (in app.)	καὶ
IV 22	μηδένα	μηδὲν
V 22	Περὶ εἰδῶν καὶ γενῶν α‘	... γενῶν

I 54. 85. 90 (στήλας). 100 (bis). 122; II 4; IV 1; V 22 eadem verba legi ac L. Spengel, qui olim lectiones cod. Monacensis in Huebneri appendicem criticam contulit¹². vitia apud Long inventa maximi momenti sunt, ubicumque ille codicem N unum solum testem adhibet (e. g. I 54. 90 (Μίδα). 93; II 4. 43; III 14; IV 1). his locis iure quaeras, quibus e fontibus id quod scribit hauserit¹³.

Monaci Bavarorum

N. C. Dührsen

⁸ Eur. fr. 282, 12 N.²

⁹ Anthol. Pal. VII 90.

¹⁰ Simon. PMG 581, 4.

¹¹ Epich. fr. 171, 8 Kaibel; DK 23 B 3, 8.

¹² Cf. Hueb., vol. ii, pp. 613 sqq., p. 813.

¹³ I 93 πάντῃ habet Suid. s.v. Κλεόβουλος. II 4 ἐώθει primum legitur apud C. G. Cobet, *Diogenis Laertii Vitae Philosophorum*, Parisiis 1850. III 14 ἐστ' coni. Kaibel. IV 1 νιὸς δὲ τῆς habet cod. Arundelianus (A), cf. Hueb., vol. ii, p. 703, ad loc.